



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita, Et Gestis S. Francisci Xaverii È Societate Iesv  
Indiarvm Apostoli Libri Qvatvor**

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1666**

36. Acenos Lusitani expugna[n]t pauci innumeros.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10854**

bant, solito enim conciones adhortatione concludere ad pescandam clas-  
sis victoriam, & citum ipsius redditum, inuicem succinebant, ergo illos  
fuscite mortuos ut reddi nobis viatores petamus. Vt in vel viii re-  
deant. Verum serui sui fidelitatem, & merita, oculis ab improbitate  
populi auersis, digna bonitas respexit.

36

*Acenos Lusi-  
tanis expugnat  
pauci innu-  
nitros.*

Dies erat Decembbris tertius, & classis, Cedæ oram legens ad com-  
meatum, & aquationem, cadente iam sole, eò accesserat ubi fluuius Pe-  
dir in mare præcipitat, milliaribus Malaca ferè quadrinquentis. Sub pri-  
mas tenebras, scapham animaduertunt surdo remigio illac præteruchi,  
piscatores erant homines simplices, interrogati & quibus circum, aut pa-  
gis aut oppidis haberi cibaria; vel aqua saltem posset: suis ipsi, deinde  
communibus censitis miscriis, respondent esse mediterranea oppida ad-  
leucas duodecim, sed recens ab Acena classe improuiso vastata, regem-  
que vix fuga Patanom evasisse; Acenis in prædam & cædem omnia cede-  
re. His Lusitanorum alacritias, lætum pœna in cœlum tollere, explicari  
signa, tormenta displodi. Deza classi Præfectus cum cæteris festo cul-  
tu ornari, vulgo nautarum, & militum diuidi quicquid commeatus reli-  
duum erat, triumphus denique prius agi, quam esset digestus pugnæ or-  
do. Hinc Liburnicæ tres valentibus instruetæ remigibus, egregis du-  
cibus, & paruo fortium deleto, aduerso flumine exploratum mitruntur;  
dum se aliæ ad prælium accingunt. Aceni vicissim bombardarum no-  
strarum sono vaniori forte quam prudenti, de noui alicuius accessu exer-  
citus moniti, myoparones quatuor prono alieo expediuit; qui lexta fere ab  
suis leuca incident in Lusitanicas liburnas: nox erat media, Lunæ com-  
modum lumen, idem mutuò utrinque occurtere, mutuò agnoscere, mu-  
tuò inuadi; suum quæque Liburna myoparonem inuncat, & occupat.  
reuolat quartus, ad suos nuncius; Lusitani cædis reliquias sex captos  
abducunt suisque exustis catospis, in myoparonibus ad socios redeunt,  
torti sœnum in modum capti, obstinatissimo silentio & locum, & vires,  
& hostium numerum occultant; duos quæstionis acerbitas peremit; vin-  
cti duo in mare projecti; superstites duos aliena calamitas fecit minus fe-  
roces; seorsim rogati, magnō consensu indicarunt Acenos leucas ab-  
esse duodecim; nautarum & militum ad decem millia habere; viiuera-  
sam illam regionem fugato Rege, occisis bis mille indigenis, subactis in  
mancipia toridem, latè obtainere, prædam in Acenum opulentam portasse,  
moliri arcem quæ naues ex Bengala Malacam confuerant, ne cui licaret  
impunè petransire, fixumque iis esse Christianos quicumque in manus  
venissent trucidare. Non fuit Duci ad milites alia opus concione aduer-  
sus Barbaros, ne tamen decesset utilitate mori, super crampæ sino lorica-  
tus sago, manu hastam tenens illos assatus est, inculcans potissimum  
promissa, & merita S. Patris, cuius auspiciis prælium inirent, & cuius  
precibus deberent de victoria certo confidere, cum ne hostilium nauium nu-  
mero circumfessus, vndique aditum præberet aggressuris, ripæ cornu in  
flumen longius porrecto, terga exercitus muniuit. Locum prælio metatus,

*Acenos*

Aēnos vñā & videt & audit tympanorum, tubarum, & vlulatum confusa barbarie strepentes. Præibant illorum aciem trieres Sacconorum tres, quarta iis maiori vehebatur Rex Pediris classis Imperator : sequabantur nouem senarum nauium per seriem ordines. Primi certamen adiere Aceni. Suspenso reno Lusitanus, ruentes excepturus in gradu constituit. Verum illos fecellit vel ignaros fluminis natura, vel præcipitania arrogantes ; machinarum enim extra iactum explosione præmatura decumanos iētus amisere. Statim post conflitū propiore, telorum, & glandium tam densa tempestas vi exitu maximē cruento desitura utrumque videretur pugna. Sed hie ē nauī Ioannis Suaris, tam propitio vulnere æneam machinam in Prætoriam hostium, diuini oculi libravit fauor, vt capaci plaga totius lateris hiantem flumen sorbuerit. Citato aduolant tres huius custodes trieris, ad extrahendum imperatorem suum, & centum comites prius quām essent aquis præfocati, transuersum flumen ruptis ordinibus occupant, eadēmque opera sequentes perturbant, remis enim, & velis, & torrente alveo abreptæ in priores incurunt, illiduntur à tergo à subsequentibus, premunturque ab aliis aliae confusione hand prius explicata, quām nostri totius ignati instrumenti displosione quadruplici, naues eorum nouēm depressoient, quassarent quām plurimas, multos ex Barbaris peremissent. Tam manifesta Dei ope audientior Lusitanus, hosti obuius prælium integranti, naues quatuor procul figit quæ perpetuis in illum machinis fulminabant : alias, quæ medium minus eminēt, ut res esset, stropis, hastis, missilibus igniū infestabant. Atque hic item regente manū Deo collineauit in victricem plagam nescio quis cuius hæc tenus ignoratur nomen, quæ victoriam Lusitanis asseruit. Classis imperatorem Pediris regem, aquis ægrè exemptum, desperatio in pugna furentem animabat, sed glande iētus catapultaria sic animo concidit, ut duobus nauigis fugeret, ac laideni mortis magnanima, vitamque patiter, paucas intra horas amitteret. Ita classis exanimata & trunca se quidem dedere abiuit ; verū armis remisque proiectis spe falsa enatandi miles iuxta & Nautæ præcipitarunt in aquas flum, quæ fractos, eneruēs, & magnam partem saucios hauserunt, nec de tot millibus Acenorum, Maurorum, Ianiſariorum quicquam superfuit præter paucos illos qui fugae comites Ducis extiterant. Cæſorum numerus ē nostris omnino sex & viginti, ex quibus solum quatuor Lusitani, ex nautica cæteri, & remigum turba sc̄l, longè plures vulneribus saucij ; Præda planè immensa ; naues quinque supra quadraginta ; tormenta bellica modi omnis trecenta ; in quibus gratissimum accidit, sexaginta duo Lusitanæ insignibus impressa cernere, variis, quondam bellis deperditæ, tunc simul ad dominum renecta, canteriatæ catapultæ octingentæ præter acinaees, & arcus, telaque diuersi generis, & de interfectorum spolis opimum ac locupletēm quæstum.

Neque tamen hic finis Acenorum, & Lusitanicæ gloriæ. Patane Rex Parlis, quod se ex Fuga receperat, accepta Barbaroru clade à quibus fuerat regno pulsus, quingentos, milites collegit, rabie maiori quām belli peri-

27

Rex Parlis  
vltro regnum  
suum Lusita-  
norum elien-  
tela subdit.

P 2 tia